TRACTATVS DE BONIS CONSTANTE MATRIMONIO ACQVISITIS, TRIVM CLARISSIMORVM IVRISCONSVLTORVM HISPANORVM.

Roderici Suares, Ioannis Lopes, & Didaci à Segura.

Adiecimus eiuſdem D. Seguræ Repetitiones tres, (quas verſa indicat pagina) eandem materiam luculenter complectentes.

Quibus omnibus ea quæ ad lucra matrimonialia ſpectant, exactiſſime tractantur & explicantur.

Acceſſerunt præter diligentem omnium recognitionem, Summaria & Index copioſus.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, ſub Monocerote,
ANNO M. D. LXXXX.
Cum priuilegio Cæſ. Maieſt. ad ſexennium.

Coll. Soc Iesv Salm. ex dono Regum.

TRACTATVS RODERICI SVARES DE BONIS CONSTANTE MATRIMONIO ACQVISITIS, ET EST LECTVRA l. primæ libri tertij, titulo *de las ganancias del marido y de la muger. hoc eſt,* de lucris mariti & vxoris.

NOTA primò iſtum tex. quòd omnia acquiſita ſeu empta conſtante matrimonio inter virum & vxorem, ſunt cõmunia: & intellige hoc, etiam ſi hoc lucrum aliquis eorũ quærat cum bonis filiorum primi matrimonij ante diuiſionem cum eis factam, niſi aliquis eſſet tutor filiorum. Iſte eſt caſus ſingularis in l. *El home.* quæ eſt 6. in hoc foro, titulo quarto, *de las partitiones.* in hoc libro, vbi notabiliter dixit lex, quòd ſi maritus habens filios ex aliqua vxore contrahat matrimonium cum ſecunda, & antequàm diuidat bona cum filijs primi matrimonij, cum bonis illorũ aliquid lucretur, quòd vxor debet habere medietatem lucrorum, niſi eſſet tutor filiorum: & idem contrà in lucris factis ab vxore cum bonis filiorum primi matrimonij.

SVMMARIA.

1 *Bona conſtante matrimonio acquiſita, ſunt inter virum & vxorem diuidenda, illo etiam poſteà conſanguinitate diſſoluto, tanquàm ſi verum fuiſſet.*

2 *Dos putatiua an priuilegio veri matrimonij dotibus conceſſo gaudeat.*

3 *Statutum, quo dotalia inſtrumenta executioni mandantur, in vero matrimonio præcisè intelligi debet.*

4 *Donatio inter virum & vxorem putatiuos an valeat.*

A *5 Pactum*

TRACTATVS DE LVCRIS CONSTANTE MATRIMONIO ACQVISITIS, AVTORE D. IOAN. LOPEZ de Palatios Ruuios, Hiſpano, I.V.D Regio Conſiliario, & Quæſtore: deſumptus ex eiuſdem autoris Repet. Rubr. & c. per veſtras. de donat. int vir. & vxor. vbi à §. ſed quamuis. 57. vſque ad §, operatur alium & ſextum 68. incluſiuè: vniuerſos effectus deductionis ſponſæ in domum mariti, deſcripſit & eſt complexus.

CAP. I. aliàs §. 57.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium præceſſiſſe præſumitur per traductionem ſponſæ ad domum.*

2 *Conſenſus ſigna ſunt læta feſtiuitas.*

3 *Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium de præſenti per traductionem vxoris ad domum.*

4 *Profeſſus cenſetur nouitius qui actibus profeſſorum ſe ingerit.*

QVAMVIS, quoad validitatem matrimonij, nihil operetur † traductio ſponſæ de præſen 1
ti ad domum ſponſi, nec carnis copula: operatur tamen vnum effectũ ſatis ſingularem: facit enim præſumi matrimonium præceſſiſſe, vt probat tex. & ibi not. Bald. in d. l. cùm in te. C. de don. ante nup. in finalibus verbis. & hoc ideo ſecundum eum: quia communiter accidit, quòd ſponſa non ducitur ad domum ſponſi, niſi prius contrahatur matrimonium. & valet arg. a communiter accidentibus, vt l. neque natales. C. de probat. & c. 1. ſuprà, de cler. non reſid. Quinimò hoc ipſo, quòd ſponſus de futuro traducit ſponſam ad domum ſuam, tranſeunt ſponſalia in ma-

 trimo-

11 *Venditionis verbum omnem alienationem comprehendit.*

Hæretici bona ipſo iure confiſcantur.

13 *Dos debet manere penes vxorem ignorantem & non participantem cum marito in crimine hæreſis.*

Dictio, ſolus, eſt excluſiua.

14 *Argumentum à contrario, eſt validum*

15 *Argumentum à contrario, eſt mens coniecturata legis.*

17 *Perdita à ſocio, eius culpa, in ſuam partem imputari debent. & non alterius ſocij. & nu 18. & 19.*

19 *Ludus eſt crimen.*

Scholares non debent ſe ludis immiſcere, & plura in materia ludi remiſſiue.

Notarij & procuratores ſunt excoriatores pauperum.

Donare eſt perdere.

23 *Mulier eſt creditrix mariti, ideoq́; agere poteſt contra fiſcum.*

Fiſcus habet priuilegium, quod poſſit totam rem communem efficaciter vendere: tenetur tamen partem pretij ſoluere ſocio. & nu 24 & nu. 46. 59. & 60.

25 *Communi re deſtructa ob delictum ſocij; agit ſocius contra ſocium pro recuperatione ſuæ partis & nu 26.*

27 *Societas tacita quæ eſt inter coniuges, non eſt minus priuilegiata, quam expreſſa.*

28 *Socius renuncians callide & intempeſtiuè ſocietati, tenetur communicare lucra alteri ſocio. de quo in num. 30 & 31.*

29 *Caſus in quibus veniant bona fiſco applicanda plures deſcribuntur remiſſiuè.*

30 *Dolus eſt delictum.*

31 *Res proprias prius quis curare præſumitur quàm alienas.*

SOLEMNIS, SVBTILIS ET VTILISSIMA REPET. §. FINAL. L. 3. FF. DE LIBER. ET POSTHVM. EDITA PER CONSVLTISSIMVM AC ſubtiliſſimum Hiſpanum Doctorem DIDACVM DE SEGVRA, Salmanticæ primariam Iuris Cæſarei cathedram regentem: Cum Recapitulationib. Numeris, & ampliſſimis Additionibus ſuper. illuſtrata per Didacum Perez.

Vbi eadem materia de Lucris conſtante matrimonio acquiſitis copioſè & elegantèr explicatur.

SVMMARIA.

1 *Authoris commendatio.*

Diuiſionis vtilitas, & qualis eſſe debeat.

Interrogatorium breuiter & clarè ſubſtantiam litis debet comprehendere.

Reſpondens priuſquàm rectè caſum percipiat, carpitur.

2 *Statutum in proœmio, dicitur cauſa finalis*

3 *Incontinenti facta in eſſe intelliguntur in ipſa diſpoſitione.*

3 *Contractum vſurarium, ſimulatúmve, ex præfatione colligi.*

Lex 1. titul. 2. libr 8. ordin. in datione in ſolutum, quæ expellit præſumptionem vſurarum, non habere locum exponitur.

Vſurarius præſumitur contractus, cum pacto de retrouendendo, vbi præceſſit contractus mutui.

9 *Mandati præcedentis occaſione præſumitur quis feciſſe id quod fecit.*

10 *Lex 1. tit. 3. libr. 3. for. per quæſtionem quotidianam declaratur.*

Societa-